

semet invicem distantes, corpora sua in terram prosternerent). Neq[ue] unquam serpens laesit quempiam, aut scorpio Hierosolymis. Neq[ue] unus ad alterum dixit: Angustus nimis est locus, quam ut possim pernoctare in Jeru[salem]. conf. R. Abarbenelis פירוש in 1. Reg. II. fol. 231. col. 1. 234. c. 4. Famigeratissimæ Judæorum de בת-קור s. Filia pacis, relationes eo pertraxere doctissimum Lightfootum, ut in Horis Ebraic. ad Matth. III. 17. Opp. vol. II. p. 275. ea, quæ Judæi de בת-קור tradunt, partim pro fabulis habeat Judaicis, partim pro præstigiis Diabolicis. Assurgit Lightfooto Bernhardus Hermkhuysen in libr. cui tit. De Wet der Schadowen s. lex umbrarum P. II. apud Neocorum Biblioth. Tom V. p. 759. conf. B. Musæi Introd. in Theol. P. II. Cap. 1. th. VI. sq. p. m. 226. & Witsii Miscellanea S. Tom. I. Lib. 1. cap. 3. p. m. 17. sqq: Qui Christianorum titulo superbiunt, fallaces quoque & fucosæ merces venum exponunt. Specimen aliquod exhibet Magnif: DD. FECHTIUS, Theologus contumacissimus, noster in Christo Pater æternum suspiciendus, in Thesibus Moralibus §. XIII. Philocal: p. 114. sqq: Quantum, quæso, miraculorum cumulus nativitati Salvatoris benedicti prælusisse fertur. Ad B. Mæbij Diss: de prodigijs, quæ annunciasse dicuntur nativitatem Christi. Quot, obsecro, ostenta seculo primo attribuuntur. Lege DD: Job: Andr: Schmidij Diss: de historia seculi primi fabulis Variorum maculata. Quis nescit miracula, quibus Christus ante nuptias Canæ inclaruisse perhibetur? vide illustris Dn Mayeri Diss. de Miraculis, quæ Christo tribuuntur ante nuptias Canæ p. 9. sqq. De miraculo Gentilium quale iudicium ferendum, disces ex B. Mæbii Theol. Canonica Canone 192 p. m. 507. & D. Henr. Asc. Engelcken, Fratris mei æstumatiss. Diss. de Miraculis §. 18. p. 36. sqq. Et cum Pontificii inter veras veræ ecclesiæ notas numerare haud erubescant miraculorum gloriam, uti patet ex Bellarmino libr. 4. de ecclesia cap. 4. p. 296. , Lessio in Consult p. 35. aliisque; hinc larvam monstro detraxerunt nostrates uti B. D. Niemannus in diss. inaug. de miraculis, pontificiis opposita §. II. sqq. p. 4. sqq. Magnif. DN. D. Mayerus in diss. utrum pro veritate religionis sacramento contendere liceat, §. VII, quæ inter selectas Kilon & Hamburgenses est III. p. 120. sqq. D. Engelcken lc. §. XV. p. 28 sqq. In specie differentiam inter miracula primitivæ ecclesiæ, & recentiora tradit Henricus Dodwellus dissert. in Irenæum II., si uti

di cri-